







1.  
2.  
3.  
4.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.





17.  
2. D. B. V.  
DISSERTATIO  
DE  
CVRATORE  
FEVDI,

VVLGO  
Dom **Lehen-Gräger/**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
GVILIELMO HENRICO  
DVCE SAXONIÆ, IVLIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM,  
ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ &c. &c.

PRAESIDE  
DOMINO  
IOH. CHRISTIANO SCHROETERO,  
J. V. D. EIVSD. PROF. PVBL. EXTR. ATQVE  
CVR. PROV. ADVOC. ORD.  
PATRONO AC PRÆCEPTORE ETATEM  
DEVENERANDO,

PUBLICÆ VENTILATIONI SVMMITIT;  
AVTHOR  
GVILIELMVS HENRICVS *Schwalbe/*  
CVLMBACO - FRANCVS,  
AD DIEM MENS. OCTOBR. MDCCVII.

J E N Æ  
RECVS, LITERIS WERTHERIANIS, 1715.



SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI  
**CHRISTIANI  
ERNESTI**

MARCHIONIS BRANDENBURGICI, &c. &c.

CONSILIARIIS APPLICIS LONGE MERITISSIMIS,

VIRIS  
EXCELLENTISSIMIS MAXIMEQUE  
STRENUIS,

**DN. CHRISTIANO**

**Leopold/**

AC

**DN. JO. CHRISTOPH.**

**Höfllich/**

JCTIS CONSUMMATISSIMIS,

COGNATIS, CURATORIBVS ET  
PATRONIS SVIS

ÆTERNO HONORIS CVLTV PROSEQVENDIS,

D.D.D.

AUTHOR.





L. S.



Vod circa feuda & causas feudales dijudicandas occupatur Jus, ab usu & consuetudine profectum, non minus suis quoque progressionibus usu & observantia, tum communi tum singularem curiarum feudalium, indies, augeri res loquitur ipsa. Quamobrem etsi Juris alicujus communis speciem in foro Germanico induerit Longobardicum feudale jus, tantum tamen abest hoc solum omnibus feudorum causis recte atque ordine decidendis sufficere posse, ut potius ad observantiam feudalem, seu propriam seu communem, recurrendum sit vel maxime. Factum hinc, quod multa & magni momenti argumenta, speciatim quæ fori Germanici usu feudali potissimum nituntur, haud digne elaborata, aut vix attacta cernantur, observante juxtaque cum aliis Juris hujus peritioribus conquirente celeberrimo quondam Schiltero, *Prefat. ad Instit. Juris feudal. utriusque.* Cum igitur transactionum studiorum academicorum specimen quoddam in publico exhibendum mihi esset, non alienum à rationi-



bus meis putavi, in presenti de CVRATORE FEVDI, argumento, ingenii vires periclitari, quod & utilitate fecundum, nec tamen protritum nimis aliorumque curis jam exhaustum, & ad mores fori Germanici propius, quam Longobardorum Jura, accommodatum videretur. Quâ in re, si expectationi Tuæ L. B. non per omnia satisfactum fuerit, ut vel conatui solummodo faveas, peramanter rogitō.

Theſ. I.

Curatoris Feudi, *des Lebtragers*, nullibi in Longobardorum consuetudinibus, si nomen spectes, mentio fit, apud interpretes tamen subinde terminus hic occurrit. Unde cum Modest. Pistoris *Q. 133. n. 1.* professus fuisset, se non meminisse, quod aliquid in Jure de eo legisset, subjicit mox Schultesius *n. 32.* utique apud Zasium *de Feud. P. 7. n. 11.* se eum legisse. Quod non minus Berlichius quoque animadvertit, pluribus phraseos hujus fidem atque usum adtruens. *P. 1. Decis. 20. n. 2. add. Frantzk. de Laudem. C. 8. n. 128. Rittershus. Parit. Feud. L. 1. C. 9. n. 25.* Alii uno verbo, *Einen Trager*, sive *Trager*, appellant Zas. *d. l. Gothofr. Anton. Disp. Feud. 7. ib. 3. lit. f.* Portitorem Dietherrus dixit, *in addit. ad Besold. Thesaur. Pract. lit. L. n. 38.* Alii Provasallum, Schilt. *Inlit. Jur. feud. C. 5. §. 6.* Gambsius *de Bonis Laudemial. §. 21.* Quasivassallum, Beso'd. *Cons. 39. n. 16.* Horn *Jurispr. feud. C. 5. §. 33.* Substitutum Goth. *Anton. Disp. Feud. 8. ib. 7. lit. B.* Schilt. *ad Jus Alamann. C. 3. §. 7. C. 16. §. 3.* & Vassallum Vicarium, D. Linck. *in Inaugurali sua de hoc argumento Disputatione (cujus copiam, summa humanitati Excellentissimi Spitzii, incluti apud Altdorffinos Antecessoris, gratissimâ mente acceptam feri-*



ferimus) plerique tamen omnes Curatorem feudi nominant.

Thef. II.

Non patitur vero præsentis instituti ratio in *Curatoris* atque *feudi* notiones prolixius inquirere, fecere hoc alii passim. Suffecerit nobis, evitandæ ambiguitatis causa, hic monuisse, phrasin, *das Lebntragen*, ipsis quandoque vasallis etiam accommodari; veluti cum apud Tabor. *ad 1. Feud. 1. p. 54.* Valvasores dicuntur, *welche keine immediat Reichs-Lebn tragen, sondern von Fürsten und Herren belehnt seynd.* Eodem sensu *Einen Lebens-Trager oder Folger*, ipsum feudi possessorem, & possessorem ultimum, *den letzten Lebnttager*, vocat Eyben, *in Elect. Jur. Feudal. C. 7. § 8. & 9.* quorsum & formulam refero: *Als gesamten Lebnttagern geziemet:* apud D. Beier. *ad Schnob. Disp. feud. IV. th. 7.*

Thef. III.

Curatorem igitur feudi, de quo nobis sermo, ad hanc fere sententiam circumscribere solent: quod sit, qui communi omnium nomine investituram accipit & jurat. *Befold. Thef. Pract. lit. L. n. 38.* Vel, qui nomine alieno investitur, omnia à vasallo principali præstanda præstat, ejusdemque personam ferme in omnibus representat. *D. Linck. d. Disp. §. 5.* Scilicet, est Vasallus, nomine principalis de feudo investitus, indeque ad fidem feudalitiam ceteraque, secundum feudi conditionem, præstanda obstrictus.

Thef. IV.

VASALLVM cum dixi Curatorem Feudi, palam est, toto genere illum à nudo Procuratore, sive Vasalli, sive ipsius Feudi, distare. Procurator enim, *Ein Lebens-*



*Arvvald, non magis vafallus, quam legatus Principis investituram nomine principalis sui fufcipiens, per hoc Princeps efficitur. Nostrum autem vere Vafallum esse res ipsa loquitur, & argumento est, quod revera lege feudi domino suo seniori obnoxius fit, atque ex persona ejus renovatio investituræ, ceteraque vafallorum onera cenfeantur. Optimè Befoldus: Und ist so vobit de Jure, als auch üblicher Gewohnheit und Herkommen offenbar, daß ein Lehntrager nicht pro nudo Procuratore Vafalli, sondern vielmehr pro Vafallo selbst zu achten, welcher auch an statt deren sonst nächsten und rechten Lebens-Erben &c. das Leben empfahet, verdient, verspricht, und andere Nothdurfft verricht. P. II. Conf. 39. n. 15. Unde cum negligi discrimen hoc Procuratoris & Provasalli, Serenissimus Patriæ Princeps, Dominus meus clementissimus animadverteret, imminenti hinc confufioni singulari quondam Rescripto occurrit, quod quia differentias has luculenter & curatissime exprimit, non ingratum Tibi fore L. B. si hic subjicerem, existimavi. Dem Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn CHRISTIAN ERNSTEN Margrafen zu Brandenburg t. t. ist unterthanigst referirt worden, welcher gestalt zu zeiten bey einigen Lebensfällen, do die Principalen nicht selbst in Person die Leben empfangen, und die Pflicht leisten, sondern an Ihrer statt Gewaltmchtige Gewalthaber oder Lehntrager abordnen, die selbe gleichsam vor einerley bey dero Lebensflaben gehalten, und in die Lebensbücher also verzeichnet seyn sollen. Demnach aber ein grosser Unterschied zwischen beeden ist, indem ein constituirter Lehntrager kein nudus Procurator, simplex Mandatarius und Internuntius, sondern ein Quasi-Vafallus, Provasallus, Sub-*

*stitu-*



*Titulus & Vicarius Vasallus und eine solche Person ist, auf welcher das feudum gleichsam ruhet, und mitbin durch sein Absterben wiederumb verediget wird, und also nach dessen Tod ein anderer Lebenträger gestellt werden muß, dahingegen mit einem Gedollmächtigten Gewalthaber es eine andere Beschaffenheit hat, und also solcher Unterscheid bey unser Lebenstuben zu observiren seyn vwill; Als v wird von Höchstgedacht Sr. Hochfürstlichen Durchleucht. dero Leben-Probsten und Leben-Secretario hiemit gnädigst anbefohlen, diesen Unterscheid bey vorgehenden Fällen in der Lebenstuben vwohl in acht zu nehmen, damit im einschreiben in die Lebenbücher sonderlich bey Verleibung der N. Leben, hierinn kein Irrthum vorgebe. Signat. Bayreuth den 2. Jan. 1682. Itaque nudum Procuratorem in animam principalis sui jurare sufficit, neque penes eum, expedito investituræ actu, quicquam ex nexu feudali residet, sed omne Jus in principalem confestim transfertur. Curator autem feudi more solito fidelitatem in animam suam jurat, Er schworet nach altem Herkommen, einen gelehrten Eyd, und erstattet damit die gewöhnliche Lebenspflicht, Befold. d. Conf. n. 14. Horn. Jurispr. Feud. C. V. §. 30. in fin. D. Linck. d. Diff. §. 23. & quamdiu juramento & onere isto oneratus, So lange er nemlich Lebenträger bleibt, ad fidelitatem & servitia ipse tenetur. Speidel. Specul. notabil. Cujus nexus, quia non minus ad constituendum à ceteris quoque Curatoribus & Procuratoribus differentia speciem facit, in definitione apprimè habenda fuit ratio.*

Thef. V.

*Dividi Curator feudi potest, intuitu causæ efficientis, quod alius sit legalis, alius conventionalis; alius ex*

ne-



necessitate, alius pro lubitu, vel detur, vel recipiatur. Ratione subjecti activi, alium publicum, alium privatum; illum vel ecclesiasticum, vel secularem, hoc est, vel ab Ecclesia aut pio quodam corpore, vel à civitate, aliaque universitate seculari datum esse; hunc vel à pluribus, vel ab uno, eoque aut mare, aut foemina, constitui. Ratione subjecti passivi, seu recipientis, alius est ex numero convassallorum, alius extrinsece adsumitur. Ratione objecti, alius generaliter, ad quævis vassalli feuda, alius specialiter ad unum aliquod aut certa tantum feuda datur. Ratione durationis, alium perpetuum, alium temporalem esse. Prout ex dicendis manifestius constabit.

## Thes. VI.

Nimirum, quamvis Curatorum feudi jus feudorum non meminisse supra dixerimus, analogiæ tamen Juris feudalis constitutionem eorum minime adversari, planissime deduci potest. Cum enim nihil interesse, utrum ipse vassallus, an alius pro eo investituram suscipiat, exerte scriptum sit, *II. feud. 3.* dubitandum haut est, quin eadem ratione etiam Curator feudi ad subeundam investituram admittendus sit. Rosenthal. *Syn. Jur. Feud. Cap. 6. concl. 36. n. 4.* Dehinc inter effectus simultaneæ possessionis, seu communionis feudalis, quantum hæc nec juri Longobardico disconvenit, perhibetur, ut plures possessores aut dividant, aut in communiione manentes aliquem denominent & designent, qui domino servitia præstet de feudo communi. Sic Jure Feudali Alamannico, *Cap. XVI. §. 3* ceu restituit textum Schilterus, cautum: *Ein ieglicher Herre mag zusammen seinen mannen, die von ime ein Gut zu Lehn habent, gebieten, das sie im sagen, das er wisse von weme er seiner Dienste warten solle.*



folle. quem ipsum Curatorem nostrum, seu provafallum fore, laudatus Schilterus innuit. Nec omnino alienum inde Jus etiam Canonicum est, disponens non referre, utrum de beneficio absens investiat per personam mediam, vel persona media investiat pro absente. *C. 24. X. de Præbend. junct. C. ult. X. de Raptor.* Cum primis tamen constitutio Curatorum feudi, sive provafallorum, moribus accepto ferenda est, *Befold. d. n. 15. ib.* Und ist so wohl de Jure, als auch üblicher Gewohnheit und Herkommen offenbar. *arque inveteratæ consuetudini Germaniæ Mynsinger. Cent. 5. obser. 9. n. 11. Zasius de Feud. P. 7. n. 11. Borcholt, de Feud. Cap. 7. Part. prioræ n. 34. Schneidevv. de Feud. P. 5. 30. 12. & 13. Vultej. de Feud. Lib. I. Cap. 7. n. 141.* quam non modo, ceu valde æquam, laudat, verum etiam huic similem in Galliis servari, ut scilicet, habens majorem partem feudi, possit nomine omnium fidelitatem facere, notat *Molinæus in Consuet. Parisiens. §. 3. gl. 4. n. 25.*

Thef. VII.

Ceterum quæ hætenus diximus Jura, Curatorem feudi dare permittunt quidem, nec tamen eum dari debere imperant. Quibus consequens est, voluntate demum vassalli principalis Curatorem feudi constitui, neque heredes invitos, ad petendam renovationem investitura, Curatorem constituere, vel unum ex se eligere teneri: *Man kan die Erben zu keinen Lehntrager nöthigen oder zwingen. Dietherr. Suppl. Speidel. lit. L. n. 21.* Tum quia ceteris quoque in negotiis, quibus quis ipse interesse potest, procuratorem vel curatorem constituere nemo cogitur, *Jafon. in L. 3. §. 1. D. Quod quisque jur. n. 14.* tum quia dominus in sanguine primi acqui-

B

rentis



rentis omnes ejus descendentes jam ante investivit, indeque nunc renovationem petentibus denegare eam nequit. Multo minus ipsi Curatori, invito vasallo, semet obtrudere & negotio huic alieno ingerere permitti debet. vid. D. Linck. d. *Disp. de Vasall. Vicar.* §. 30.

Thef. VIII.

Sed hæc regulariter, aliud enim dicendum foret, si lege, certis in casibus, necessitas dandi Curatoris vasallis imposita esset; Quam tamen Alamannico Jure inductam, ob hoc, quod *Cap. XVI. §. 3.* dicatur: quemlibet Dominum posse vasallis suis, qui de uno feudo communi ab ipso investiti sunt, mandare, ut provasallum constituent sub poena felonix (ib. *Thun sie das nicht, so wertbeile man ihnen das gut*: i. e. abjudicetur ipsis feudum) minime puto: Non enim nisi declaratio his verbis vasallis cohæredibus injungitur, utrum dividere & servitia quilibet pro rata suscipere, aut substitutum certum offerre velint. Schilt. *ad d. c. XVI. §. 3. in fin.* Agnoscit vero hujusmodi observantiam appellans apud Tabor. *de Contr. & jure colonar.* §. 53. *das solche Trägereyen allein in Mann- und Erb-Lehnschafften statt finden, da die requisitionen & renovationes der investituren gebraucher werden. Dann wann der Vasall oder Emphyteuta verstorben und viel Erben verlassen, welchen allen pro Canone nach zu geben dem domino rei beschwerlich falle, so könne derselbe die renovationem des Lehns so lange zurückhalten, bis cohæredes defuncti vasalli vel Emphyteuta dem Lehn-Herrn einen annehmblichen Curatorem oder Träger gestellet. Comprobat quoque eam Decisio DCCXXVII. L. B. de Lyncker ib. Nachdem nun der Lehn-Herr denen sammtlichen Erben, nach Verfließung*



eines Jahres, auferleget, daß sie einen sonderbahren Lehn-  
träger schaffen solten, &c. Et quoad Emphyteusin, testis  
est Klock. Tom. II. Conf. XLVII. n. 170. Nobiles & domi-  
nos, omnes hæredes emphyteutæ prædefuncti, de con-  
suetudine Germaniæ, ad investituram accipiendam non  
admittere, nisi Curatorem *einen Lehn-Träger*, constitue-  
rint, vel unum ex se elegerint, qui reliquorum cohæren-  
dum nomine investituram accipiat.

Thef. IX.

Hoc quoque extra Controversiam positum, expres-  
sa conventionione inter dominum & vasallum id nonnun-  
quam agi, ut feudum per curatorem recognoscere va-  
sallus teneatur. Veluti si universitati feudum detur, ne  
longinquitate temporis, pleno jure illius esse videatur,  
investituram per substitutum petere necesse habet.  
Frantz. de Laudem. C. VIII. n. 138. Pariter si inhabili  
feudum concedatur, agi hoc debet, ut per substitutum  
recognitio fiat. D. Linck. §. 14. Unde etiam, cum fœ-  
minæ feudum obvenit, conveniri solet, *daß auf den Fall  
ein tauglicher Lehn-Träger, an des Weibes statt, soll gege-  
ben und bestellet vverden.* Rosenth. C. VI. concl. 31. n. 6.  
Movere quoque ad ineundum cum vasallo hujusmodi  
pactum possit, si hic alterius territorii sit, atque domi-  
nus malit Curatorem sibi in suo districtu constitui, ceu  
in his regionibus quandoque observari, notat Frantzk,  
d. C. VIII. n. 145.

Thef. X.

Simili ratione, nec Dominus invitus Curatorem  
admittere obstrictus est; nisi eo casu quo & procura-  
torem mittere licet. Rosenth. C. VI. concl. 36. n. 4. Est  
enim vasallus, debitor obsequii personæ cohærentis, at-



que juramentum fidelitatis, quod præstat, habet annexam reverentiæ exhibitionem, in quibus omnibus dominus ad singularem personæ conditionem respexisse videtur; atque ea quæ sunt dignitatis, vel honoris & reverentiæ, aut alias sui natura personalia, ac ea quæ personæ industriam aut fidem requirunt, regulariter non possunt per substitutum expediri. Speidel. *Spec. vari. notab. Lit. L. n. 54.* Berlich. *Decis. 20.* Nisi quod & hic ad observantiam & pacta conventa cum primis respiciendum sit; utut, an hujusmodi consuetudinem universalem in Germania adstruere liceat, subdubitet Motz. *de Subs. n. 18.* Sane quoties superior ab inferiore feudum tenet, plerumque hic modus observatur, *dass die Lehn durch einen tauglichen Lehn-Träger empfangen werde.* multoque facilius curator hujusmodi, quam nudus procurator recipitur. Speidel. *d. l.* Denique Curatorem invitum neminem dari posse, præterquam si immediata ex legibus aut observantia necessitas hæc incumbat, palam est.

Thef. XI.

Patet ex dictis, quoscunque Vafallos, de quibuscunque feudis, curatores hujusmodi dare posse, nisi prohibeantur. Sive physica, sive morales personæ, & cujuscunque dignitatis, conditionis aut sexus sint; modo si quæ aliorum auctoritate reguntur consensum horum adhibeant. Hinc fœminæ quoque, quibus locis Curatore Sexus opus habent, huus demum consensu curatorem feudi constituere, observat D. Horn. *Jurispr. feud. C. V. §. 30.* Nec refert sive proprium, sive improprium feudum sit, cui curator præficiendus est. Nam etiam in feudo mere hereditario, huic curatela locum esse, probant



bant illustria exempla apud Schilter. *ad Struv. S. I. F. Cap. IX. §. 8. n. 6. ib. Das Erb-Lehn-Gut ist belieben bey den Fürstlichen Conjugibus pro indiviso dergestalt, dasz der Maritus uxoris Lehntrager, pro rata hujus seye. & Besold. Thesi. Pract. Lit. L. n. 27. p. 551. in fin.* Quin ad exemplum feudorum, in Emphyteusi quoque, bonis colonariis & partibus metallicis curatores hujusmodi *Lehntrager*, dari solere tralatitium est. vid. Carpzov. *P. II. Const. XXXVIII. def. 5. n. 8.* Tabor. *de Contr. & jur. Colonar. §. 52.* Horn. *Jurispr. Feud. C. IX. §. 27. & 29.*

Thes. XII.

Restat ut videamus, qui Curatores feudis dentur, ubi generaliter dicendum puto, omnes dari posse, qui & vasalli esse possunt, modo ne vel domini vel feudi conditio eos arceat. Neque tamen infantes, impubes & minores admittuntur, quamvis vasalli esse possint, cum ipsi in aliorum tutela vel cura sint. De foeminais quid dicendum? feudorum quorundam eas capaces esse dubio caret; & tamen vel in his curatoris munere eas functas me legisse aut audivisse non memini; videturque munus hoc non nisi virile esse. Et cum his in terris nec Curatorem feudi sine suis curatoribus constituere possint, *vid. Tb. prac.* multo minus ipsamet hoc officio rite funguntur. Sed, & extra has terras moribus id servari, exempla me docent. Sane, quin dulcissimæ patriæ meæ mores in id conspirent, nullus ambigo, postquam & in casu constituti dotalitii in feudo viduam Curatorem dari debere, *müsse von der Wittibe ein Lehntrager zur administration der Lehn gestellet werden*, curia feudalis, in causa A. R. de K. contra K. Z. W. Anno 1692. decidit, addita ratione, *dasz solches des Lehnhofes*



*Gebrauch sey.* Proinde & nominatim plerumque conditionem hanc, feudis quæ foeminis conferuntur, adjici solere, ut idoneum Curatorem constituent, §. IX. dixi, idque in multis investituris se vidisse Rosenthalius asserit. *d. Cencl. 31. n. 6.* Nihilominus à Ruperto I. Electore Palatin, investitam fuisse matrem nomine liberorum & posthumi adhuc in utero, lego apud Schilter. *de Investitur. Princip. Imper. Simult. C. II. §. 4.* *Das sie als lange sie unverändert blipt, yn die in truvven banden tragen soll, bis das sie zu iren Tagen kommen.* Itemque matri administrationem feudi concessam à Ruperto II, Electore, Margaritæ, Wilhelmi Comitis de Eberstein viduæ, ib. *in truvven banden tragen soll bis das ire Sone zu iren Tagen komen.* Porro nec personæ tenuitas, quo minus quis Curator feudi fiat, impedit, si modo feudi conditionis sit. Unde, cum dudum obtinuerit, etiam carnificinas in feudum dari, imo persuasum sibi nonnulli habeant, inter regalia eas esse, nec nisi in feudatione acquiri posse, *dass der Städte Cavillereyen unter die Regalien eines Landes Fürsten gehören, und dergleichen keines anderer gestalt, als titulo infeudationis & investituræ, bey einem unterthan seyn, vielweniger von ihm besetzt werden könne,* vid. Ziegl. *de Jur. Maj. L. I. C. III. §. 19.* quid prohibet vasallo carnifice, pluribus relictis heredibus mortuo, hos curatorem è suo numero constituere, qui communi nomine investituram petat & feudo præsit?

Thef. XIII.

Illud non prætermittendum, extraneis, eos qui ipsimet de feudo participant, non immerito præferri. Sic ab Ecclesia Prælatus; à civitatibus & collegiis Syndicus



cus, vel alius quidam civis, ad id peculiariter deputatus; inter plures fratres aut agnatos natu maximus; inter alios unius feudi convasallos, habens in eo majorem partem, curator feudi communi omnium nomine constitui solet Rosenth. C. VI. concl. 37. Frantzk. de Laudem. C. VIII. n. 138. Rittershus. Part. Feudal. L. 1. C. IX. qu. 25. Molinæ. ad Consuet. Paris. §. 3. gl. 4. n. 25. Pariter de Feudo uxoris maritus, ceu curator, aut si ei in dotem datum sit, maritali nomine; & de feudo pupilli vel minoris tutor aut curator investiantur. Besold. Thef. Pract. lit. L. n. 27. Schilt. ad Struv. Cap. IX. §. 8. n. 6. & ad Jus Alam. Cap. CIII. Nonnullis tamen in Curias obtinuit, non tam Curatellam feudi subire rutores & curatores, quam potius, quo investitura ad tempus majorrennitatis differatur, petere: *Sie suchen in Vormundschaft der Unmündigen die Lehn, und bitten zugleich, wegen der würrcklichen Belebnung, bis zu deren erlangten Lebens-mündigkeit, indult zu ertheilen.*

Thef. XIV.

Tempus constituendi Curatoris, æstimandum fere ex tempore investituræ petendæ est. Jure Alamannico, feudum indivisim possidentes expectare jussum domini poterant, eo vero jubente, intra mensem & diem, sive sex septimanas & unum diem, à præcepto domini, aut dividere feudum, aut provasallum designare tenebantur, alioqui feudo privandi ob Feloniam commissam. Cap. XVI. §. 3. Schilt. *ibid.* Alicubi ab eo demum tempore, quo inter plures heredes is, cui optio feudi competit, majorrennitatem consequitur, curator feudi constituendus est, L. B. de Lyncker. Dec. DCCXXVII *ib.* *Sie aber eingewendet, daß sie solches eher nicht schuldig, als wenn der Chur-Erbe,*



*Erbe, nemlich, der Sohn, seine Mündigkeit und das ein und zwanzigste Jahr erreicht heute.* Quid in Ducatu Altenburgensi hoc casu juris sit, docet Idem Decis. CCCCLXXV.

Thef. XV.

Modum constituendi Curatoris nostri quod attinet, nihil eorum prætermittendum esse existimo, quæ in constituendis Procuratoribus ceteris, jura requirunt. Hinc ut speciali mandato, tam ad petitionem investituræ, quam ad juramenti præstationem, instruat necesse est. Hart. Pistor. L. II. §. 47. n. 12. Nicol. Moz. de Subst. n. 18. generali mandato necquicquam sufficiente, per ea quæ habet Bernh. Grav. Pract. Concl. 83. con. 1. n. 4. in fin. Solet proinde citationibus quandoque nominatim inseri clausula: *Welches Tages sie dann allerseits durch einen gnugsamen Bevollmächtigten Lehntreger vor hiesigen Lehnhofe rechter früher Tageszeit geborsamst erscheinen &c. sollen: vel significantius: Seinen mit gnugsamer Vollmacht versehenen Lehntreger vorzustellen.* Tutores tamen & Syndicos, utpote legitimos administratores pupillorum aut civitatis, mandato hoc speciali non indigere, notat Baldus apud Rosenth. C. VI. concl. 37. lit. d. Idque in tutoribus expeditum est; in Syndicis vero non nisi eo casu admittendum videtur, quo officii publici intuitu administratione civitatis sustinent: alioquin, si simplici tantum mandato negotia universitatis tractanda eis commissa forent, hoc ipso Curatoris feudi partes sobire atque juramentum fidelitatis præstare, haud eis licere arbitror: cum ne quidem mandatum cum libera, quod tamen in his nec præsumitur, ubique mandato speciali æqui polleat, indeque tutius utique sit, ut Syndici ea, quæ



quæ speciale alias requirunt mandatum, non nisi eo instructi peragant. Rosbach, Proc. T. 12. n. 39. L. B. de Lyncker in Analect. ad Strub. S. 7. C. tit. Quod cujusque univ. 16. 44. Schema mandati, quo Curator feudi, ad petendam investituram, ab ejusdem compoissoribus vassallis constituitur, stylo curiarum novissimo conforme hic exhibeo, cum, ut hoc quod diximus, eo rectius pateat, tum quo tanto luculentius de curatoris hujus officio constet: *Demnach vvir endes-benante etliche Abracker in der Unterawwe alhier gelegen, zeithero besitzen, vvelcher vwegen der Lehn bey Seiner Hoch-Fürstl. Durchl. zu S. E. zu suchen, dieses aber unterschiedener hiezugehöriger interessenten halber von ieden insonderheit nicht siglich geschehen kan; Als haben vvir derenvwegen Vollmacht erteilet, und zum gemeinen Lehntrager constituiret, N. N. Also und dergestalt, dasz Krafft aufgetragener Lehntragerschafft er ietzo und künfftig, so offit es nur næchtig, die Lehn über obgedachte Abracker, bey dem Domino feudi, gebührend und zu rechter Zeit mutben, empfaben, darbey das juramentum fidelitatis in unsere Seelen sel. vwehren, des Lehn-Scheins und Lehn-Brieffs Ausantwortung gebührend suchen, und sonst alles darbey thun und verrichten mæge, vvas nach Lehnrecht und Observanz dñs als sich eignet und gebühret, und vvir in eigener Person hatten thun können, sollen, oder mægen; Und dieses cum clausula & potestate substituendi, substitutumque revocandi, nec non rati & grati. Zu mehrer Urkund dessen haben vvir nebst unsern respective Herren Curatoren dieses eigenbandig unterschrieben, besiegelt, vvolbvvisentlich ausgeantvvoeret, und mit Verpfandung unserer Güter, so viel deren*



bierzu nachig, unsern gemeinen Lehntrager schadlos zuhalten versprochen, Geschehen. &c.

Thef. XVI.

Apparet hinc primo omnium officium Curatoris nostri esse, ut investituram feudi, vel ejus renovationem nomine principalis, vel suo & convasallorum decenter petat. Quod hoc fere modo fieri suevit. Præmissa compellatione honorifica, ex dignitate Domini causam petendæ renovationis Curator indicat, ad renovationem se offert, atque investituræ terminum præstitui petit. Formula, qua, defuncto Domino, à Successore Principe Curator investituram petit, hæc mihi obtigit: Den nach seeligsten Ableben des Durchlauchtigsten ... meiras gnädigst gewesenen Fürsten und Herrn, Christseeligen Gedächtniße, ein Lebensfall sich ereignet, und daher mir gleich ieder Gehorsamen Vasallen oblieget, die Lehn wegen zwölff alhier gelegenen Acker, deren Viere ich, dreyc davon Titius, und die übrigen Fünffe Cajus besitzen, vor mich und als gesamter Lehntrager unterthanigst zusuchen und zumuthen; Als habe ich solchen hiermit gehorsamst nachkommen, die Lehn über diese XII. Aecker vor mich und als gemeiner Lehntrager muthen, auch dadurch dem Lehn gebührende Folge leisten wollen. Und gelanget hienächst an Eure Hochfürstl. Durchl. mein unterthanigstes Bitten, Sie geruhen gnädigst nicht nur hierüber gewöhnlichen Mutb-Zettel ausstellen, sondern auch gewisse Zeit zur Lebens-Empfangniß ansetzen, und solche mir notificiren zulassen, auch nach abgelegter würcklichen Lehnspflicht mich vor mich, und als respective Lehntrager hier-

mit



mit in Gnaden zu beleiben, und gewöhnlichen Lebens sein  
darüber zu ertheilen. Diesſes &c.

Theſ. XVII.

Vocatus itaque ad recipiendam investituram obſe-  
quioſe comparere, mandatum ſ. curatorium exhibere, &  
juramentum, more recepto, præſtare tenetur. Sic enim  
plures Succeſſores unius vaſalli petere investituram &  
jurare, ſi unum ex ſuis ſociis elegerint, vel conſtituerint,  
qui id omnium nomine explicet, teſtatur Jacob. Alvarot.  
*in C. Si de feud. fuerit contro. inter Dom. & agn. vel S. o-  
mnes filii n. 8.* Marth. de Afflict. *n. 10.* (addens & pro hoc  
facit, quia juramentum fidelitatis præſtari poteſt per  
Procuratorem) Præpoſit. *n. 2.* Schenck, *ibid. n. 3.*  
ubi ait, quod hi ſocii per procuratorem jurare poſſint,  
&, quod ceteri filii, qui jurata fidelitate unâ poſſident,  
nihilominus ad reverentiam, aliaque fidelitate compre-  
henſa teneantur. *n. 6.* Nicol. Mozz. *Tit. d. Subſt. n. 18.*  
qui ait: Vidi ſæpe numero in investituris unum fratrum,  
omnium nomine, tanquam Curatorem feudi, investitum  
fuiſſe, & fidelitatis ſacramentum præſtituiſſe. Diſſentire  
videtur Molinæus *in Conſuet. Pariſ. Gl. IV. Tit. 1. S. 3. n.*  
*25. & 34.* operoſe adſtruens, plures unius Vaſalli here-  
des teneri, ſive ſinguli poſſideant pro indiviſo, ſive pro  
diviſo, ſive æqualiter ſive inæqualiter, in perſona & non  
per alium fidelitatem domino facere. Enim vero hæc  
non niſi eo pertinent, quod dominus invitus haur teneat-  
ur plurium vaſallorum nomine uni investituram face-  
re, nec ſi unus omnium nomine investitus fuerit, ceteri  
ſinguli obſtricti non ſint. Qua tamen in re nec noſ a-  
liſer ſentire ſuperius theſ. X. dicta oſtendunt. Quæri-



tur hic an & ipse Curator feudi potestatem habeat per alium procuratorem investituram suscipiendi? Quod secundum Jus Civile, & Feudale affirmandum credimus. Nihil enim impedit quo minus is, qui faciendum quid suscepit, possit alteri mandare & subdelegare *L. 8. §. 3. Mandat. vel contr. L. 13. C. de Contr. stipul. L. 1. §. 5. de Exerc. act. L. 5. §. 3. de Administrat. & peric. tut. L. 12. C. Qui tut. dar. poss. & II. f. 3. §. 1. ubi dicitur: nihil interesse, an Vasallus, an procurator, negotia feudalia expediat. Curator autem est vasallus, ergo vel ipse, vel procurator ejus hoc quoque facere potest. Hinc & in superiori formula substituendi potestas curatori nominatim indulta fuit. Rectius tamen fecerit curator, si hac potestate non aliter utatur, quam cum vel urgens necessitas, vel legitima impedimenta, quo minus ipse compareat, obsint. Hinc quamvis aliquando curator feudi valetudine & absentia impediretur, sollicitè tamen eum & submisit absentiam suam excusasse, communicatè mihi literæ, quas hic subjicio, testantur. *Dasz Ew. Hochfürstl. Durchbl. auf beschebenes unterthanigstes Ansuchen einen Mutzzedel wegen des NN. Lebns allhier gnädigst ertheilen, auch Termin zur Lebns-Empfangnis auf den IVten nechstkünftig anordnen lassen vollen, solches erkenne ich und übrige interessenten mit unterthanigsten Dancke, und Würde ich, nach Inbale der citation, bey dieser Lebns-Empfangnis als Lebn-Träger mich gerne in Person unterthanigst zu der benannten Zeit eingefunden haben; demnach aber meine Leibes-Constitution also beschaffen, dasz ich ganz nicht fortkommen kan, und dabero nun eine geraume Zeit zu NN, mich aufhalten und pflegen lassen müssen,**



fen, vor diesen auch durch einen con- und respect. substituir-  
 ten Bevollmächtigten die Lehn-Pflicht abzulegen, mir zuge-  
 lassen und verstattet worden, dahero die unterthanigste  
 Zuversicht geschöpffet, daß auch vor diesmal dergleichen  
 zumal bey obangeregten Umständen gnedigst vergönnet  
 werden möchte; Als gelanget an Eyd. Hochfürstl. Durchl.  
 mein unterthanigstes Bitten, Sie geruben gnedigst, daß ich  
 in persönlicher Erscheinung meine unterthanigste Schul-  
 digkeit nicht erweisen kan, mich entschuldiget zu halten,  
 und einen andern, so von mir absonderlich bevollmächti-  
 get, zu admittiren, und darauf die gnedigste Beleybung  
 mir, und übrigen Besitzern des gedachten Lehns wieder-  
 fahren zu lassen. Dieses &c. cui petitioni dominus feu-  
 di etiam nec gravate annuit.

Thef. XVIII.

Supra jam memini Thef. IV. Curatorem feudi in-  
 propriam suam animam, quod ajunt, jurare; unde vi-  
 deri poterat, in mandato additam clausulam, darbey das  
 juramentum fidelitatis in unsere Seele schwyren, hinc  
 alienam esse. Sed tamen, cum mores hac in parte va-  
 rient, nec dubie minus detrectare possit dominus feu-  
 di juramentum in animam principalis, quam in curato-  
 ris propriam præstitum, consultum fuerit hac clausula,  
 quæ adjecta aliquando prodesse, obesse autem nunquam  
 potest, uti. Ita his in terris juramentum in animam  
 principalis, non vero Curatoris feudi præstari solitum,  
 aliquot multis edoctus sum exemplis & investiturarum  
 formulis, quibus exerte id comprehensum est. Sic Anno  
 MDC LXXV. loco principis subscribente illustri Pflugio  
 breve testatum, quod vulgo den Lehn-Schein dicunt, hu-  
 jus



*jus tenoris datum.* Demnach bey dem Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn tot. tit. Titius vor sich und als Lehntrager seines Bruders Caji in gleichen als vorgestellter Lehntrager Mevia, die Lehn über das Erblehnguth zu NN. allerseits heut dato durch ihren Gevollmächtigten Sempronium in Unterthänigkeit vürcklich empfangen, auch gewöhnliche Lehnspflicht, die der Gevollmächtige in ihrer aller Seele geschworen, gebührend abgelegt; Als ist denselben mit einander gegenwertigen Lehn-Schein hierüber zuertheilen und auszufertigen befohlen worden.

Thef. XIX.

Porro cum mandatum, de quo Thef. XV. solum investituræ actum cum annexis respiceret, præstationum feudalium mentionem in eo fieri non erat necesse. Verisimum tamen est etiam ad has nomine principalis aut convasallorum eum teneri. Daz er das Lehn empfab, verdiene, verspreche, und andere Notdurfft verrichte. Befold, d. Conf. XXXIX, n. 15. Sic quoque judicatum apud Tabor. de Contr. Colonar. §. 53. Daz S. F. als Vortrager, vermoge des in vim probandi ad acta gelegten Auszuges, die per Rest erforderle LXXXII. Reichsthaler verfallener Zinse, salvo regressu an seine Mitt. Erben, klagenden Stifts-Schaffnern, bestebenen excipiens ungebinderi, in Zeit der Ordnung mit Abtrag Kostens abzurichten schuldig. Idque nominatim in marito, uxoris suæ nomine de feudo investito, cavet Jus Alamannicum, Cap. CIII. obligari eum ad præstanda servitia, & aliàs ad repræsentandam personam uxoris de feudo illo, ubicunque opus fuerit, veluti etiam in renunciationibus à dominis novis impetrandis. Schilter, ad d. Cap. §. 1. Sed an ad sub-  
cunda



eunda servitia feudalia saltē novo opus erit domini  
 consensu? Est qui hoc putat; mihi tamen contrarium  
 verius videtur: cum vasalli loco sit hujus modi curator,  
 adeoque ut dominus in eum consentiens, non obscure  
 personam ejus, etiam quantum ad præstationes feudales,  
 probasse videatur. Et sufficit utique adprobatio tacita,  
 sic enim etiam, ubi dominus sciens volensque feudum  
 inhabili ad servitia concedit, bona concludi consequen-  
 tia tradunt, illum simul investito hanc gratiam fecisse, ut  
 per substitutum habilem *Einen Lebtrager* servire queat.  
 D. Horn. *Jurispr. feud. C. V. §. 26.* Quod de Curatoris  
 habilitate dixi, aliqui restringunt etiam ad nativitatis  
 prærogativam, *es müsse ein ebenbürdiger seyn.* Schneidev.  
*de Feud. P. V. n. 112.* rectius tamen Rosenthalius id non  
 ita curiose servandum monet, modo non subsit magna  
 & damnosa imparitas natalium. Si dominus in substi-  
 tutionem quidem consentiat sed in persona eligenda à  
 Vasallo, dissentiat, quid juris sit, vid. Dietherr. *Supplem.*  
*Spéidel, lit. L. n. 21.*

Thef. XX.

Hactenus igitur omnia resident in Persona curato-  
 ris, quæ ipsi vasallo principali incumbebant. Quæritur  
 hinc, an delictum quoque ejus, principali aut convasallis  
 imputari & obesse possit? Constat omne delictum feu-  
 dale, aut in committendo, aut in omittendo, consistere;  
 sed nec hoc, nec illud, à Curatore commissum principali  
 obesse puto. Committendo non præjudicat Curator  
 feudi principali aut ceteris convasallis, quia in hisce de-  
 lictis poena tantum tenet suos auctores; omittendo non,  
 quia nunquam præsumitur habuisse mandatum hoc vel  
 alio



alio modo delinquendi; deficiente autem mandato non obligari potest principalis aut convasallus ex facto Curatoris; mandati enim fines stricte custodiendi sunt. Equidem videri poterat, tunc saltem Curatoris negligentiam & contumaciam Principali & convasallis obesse, quando is vel iusto tempore investituram non petiit, vel de re feudali in jus vocatus à Domino, non ierit: sed, & hanc culpam non obesse cæteris, ob eas rationes patet, quoniam ex negligentia & contumacia Curatoris convasalli non vere sed fictè tantum negligentes & contumaces efficiuntur, ideoq; in illis casibus in quibus vera negligentia & contumacia, requiritur, contumacia & negligentia Curatoris quoad alios nunquam sufficit. Et sane periculosum foret, hanc indulgere curatoribus licentiam, ut semper in potestate illorum sit, principalem aut convasallos privare Feudo. Cum primis vero mitiq; cum convasallis hac in parte agendum erit, quando non tam conventionè illorum, quam consuetudine Curia Curator constitutus est: quia tunc ne quidem liberum fuit cæteris ut magis diligentem constituerent, aut negligentia eius occurrerent. Hinc Besold. inter *Conf. Tubing. Conf. CCLXIX. n. 72.* cum ex instituto hac de re pluribus egisset, tandem concludit: *Welchen allen nach, es nochmalen darbey verbleiben thut, daß ob schon der Lehntrager etwas verabsäumt haben möchte, solches doch den Inhabern und andern so bey diesen Leben ein Expectanz, Anwartschafft, und künsttigen Zutritt haben, in keinen VVeg schädlich se, n. sondern entweder sie ipso jure tuti, oder doch ihnen per restitutionem in integrum von Rechts wegen geholfen werden müsse.* Eodè modo & uxorem, cujus nomine feudum maritus recogno-





gnoscit, propter hujus delictum feudo non magis privari, quam si procurator aut substitutus alius deliquisset, tradit cum Schradero, Rosenthalio, Besoldo, Struv. *Observ. de Feud. hered. XXXIII.* Pro ut quoque marito feudum reluctantem, aut aliter alienante, mulieri id non nocet: quin etiamsi ipse per sententiam curia feudo privatur, nec istud mulieri præjudicat. Jus Alamann. *C. CIII. §. 5.* Quod si tamen convasalli negligentiam & contumaciam Curatoris tacite vel expresse ratam habuerint, utique propter veram ac manifestam contumaciam & negligentiam propriam dominio utili & proprietate feudi privari possunt; Ideo quia factum Curatoris cæteros indistinctè ad pœnam obligat, quando illud factum tacite vel expresse ratum habuerint. Similiter & vera negligentia, & contumacia Curatoris, nocet confortibus quoad amittendum dominium utile sive proprietatem feudi, eo casu, quando illud factum, ex quo vera & manifesta negligentia & contumacia resultat, fit & celebratur presentibus & patientibus convasallis, Idem est, si convasalli quidem fuerint absentes, sed resciverint, Curatorem suum veram ac manifestam contumaciam & negligentiam commisisse, eamque, quam primum potuerunt, non purgaverint. Quia & tunc convasalli, propter veram & manifestam contumaciam & negligentiam Curatoris, feudo privari possunt,

Thef. XXI.

Restat, ut, quibus modis Curatores feudi esse designant; videamus. Quo loco primo omnium occurrit Curatoris mors; nec enim officium ejus, sicut nec cæterorum curatorum, in heredes transit; nisi hoc nomi-

D

natum



natim actum sit, ejusmodi conventionis formulant;  
 cum & alias huc facientes cautiones contineat, ut ab  
 Ortolpho Fomanno, Ordinario olim hoc de Lyceo me-  
 ritissimo, concepta, mihiq; ex autographo ejus com-  
 municata est, hic exhibeo. *VVier Rector, Doctorn, und  
 andere Professorn der Univerſitat zu B. vor uns unſere  
 Nachkommen hiermit gegen männliche bekennen, nach-  
 dem M. F. Schaeffer zu P. das Vicarei Gut zu R. vvelches  
 Er von uns und der Univerſitat zu Lehn getragen vvide-  
 rum mit unſer Einvvilligung erblich einen Erbarra VVohl-  
 vvciſſen Rath zu R. verkauft, und derhalben die Lehn bey  
 uns gebührlich auffgelaſſen, und itzgedachter Rath ſich dar-  
 mit zubeleiben geſuchet, und gebethen, und ihren Mitbür-  
 ger und Ratbs-Freund H. R. zum Lehntrager vorſtellig ge-  
 macht, daſs vvir vwegen vwohlgedachtes Ratbs, mit ober-  
 vvehnten Vicarei Gut ſamt allen zu und eingebörungen,  
 davon nichts ausgeſchloſſen, in allermaſſen vwie N. G. Bür-  
 ger zu C. ſolches vordessen von uns gekauffet, und hernach  
 M. F. es beſeſſen, genutzet und gebraucht, mit guten  
 vorbedachten Rath, gemelten H. R. belieben haben, belei-  
 hen auch demſelben hiermit und in Krafft dieſes Briefſes,  
 alſo und dergeltalt, daſs ſolches Lehn- und Erbziñs- Gut  
 in Beſſerung und baulichen VVeſen gehalten, vermehret und  
 nicht geringert vverde, und mit Erlegung des jährlichen  
 Zinſſes, der vier Gänſe auf Michaëlis, kein Mangel für-  
 falle, dargegen mehrgedachter Rath, ſolch ſein gedachtes  
 Gut zu ſeinem Beſen genieſſen und gebrauchen ſoll und  
 mag, iedoch daſs ietzo vorgeſtellter Lehntrager zur Lehn-  
 „Wahr 50. fl. entrichte, und uſn Fall ſeines wärdlichen Ab-  
 „gangs, ſeine Söhne, Sohns-Söhne oder Sohns-Sohn, ſo Er  
 nach*



nach sich verlassen möchte, in signum recognitionis & Successionis einen Schreib. Schilling erlegen. Nach Abgang desselben Stammes, soll offgedachter Rath einen neuen Lehntrager vorstellig machen, welcher wiederum zur Lehnvvahr 50. fl. auszahle. Da auch derselbe wiederum ohne Agnaten verstorbe, und die Stadt R. das Gut ferner zubehalten gemeinet seyn solte, also dann der dritte Lehnmann abermals 50. fl. zur Lehnvvahr und also ferner erlege. Da aber die Stadt dasselbe wieder verkauffen würde, dasz also dann der Landes-Ordnung nach, von jedem Hundert fünf Gulden gefalle. Setzen demnach in und mit Krafft dieses Brieffs obgesetzter massen ietzo und hinführo vobgedachten Rath zu R. mit guten VVissen in obgemeldes Vicarei Gut vollständigen und nützlichen Gebrauch desselben sich nun hinführo als Erbzinß-Gutbes Geyvohnheit und Gerechtigkeit genieslichen zu gebrauchen, jedoch dasz wie obgemeld, es nicht vermindert, sondern darmit gebührlich gebaret werde, Inmassen dann ietziger und obgedachter Lehntrager H. R. mit einem Handschlag, ob solchen allen treulich zubalten, und der Universtat Nutz und Frommen zubefordern, hergegen ihren Schaden nach Vermögen abzuwenden versprochen und zugesagt. Dessen zu mehrer Ubrkund, ist hieran der Universtat Siegel aufgedrucket, und hat sich dieser Zeit Herr Magnus Rector mit eigenen Händen unterschrieben. Geschehen zu B. den 29. Octobr. Anno 1605.

Thes. XXII,

Finito vero morte curatoris officio ejus, quaritur, num Vasalli, qui constituerunt eum, de novo investituram petere tencantur? Equidem, si defunctus Curator

D 2

suo



suo simul & ceterorum convasallorum nomine feudum  
 tenuit, nullum est dubium, quin aut liberi ejus aut agna-  
 ti successores, partem ipsi ex successione aut simultanea  
 investitura oblatam recognoscere denuo obstricti sint;  
 observata tamen distinctione divisim vel indivisim pos-  
 sessi feudi, de qua Struv. *S. I. F. Cap. X. thes. 3. n. 2.*  
 Quod si autem civitas forte aliave universitas Curato-  
 rem constituerit, aut quaestio sit, non de recognoscenda  
 portione defuncti, sed vel constituendo novo curatore,  
 vel totius feudi investitura petenda, recte Besoldus  
*Conf. XXXIX.* inter nudum procuratorem feudi & nos-  
 trum Curatorem distingui debere docet: illius enim  
 morte obtingente, nulla renovatione investiturae opus  
 est, hoc vero mortuo, diversum obtinet, & vel alius cu-  
 rator constituendus, vel, ubi per curatorem recognos-  
 scere feudum vasalli non volunt nec etiam tenentur,  
 ipsi vasalli investituram de novo petent: *Wenn ein sol-  
 cher Lebtrager mit Tode abget, muß sub poena priva-  
 tionis, innerhalb der de iure bestimmten Zeit ein ander-  
 dem Leben - Herrn präsentirt oder fürgestellt werden.*  
 Debet itaque etiam foemina, mortuo curatore feudi ma-  
 rito, alium sub poena privationis domino offerre. Quod  
 & obtinet, si, foemina mortua, & foemina alia succedat,  
 Horn. *Jurispr. Feudal. Cap. XVII. §. 17.* omnesque ra-  
 tiones, quæ volunt vel adduci solent, ut, mutato vero  
 Vasallo, Feudum renoveretur, etiam tum locum habent,  
 si ejusmodi quasi Vasallus decedat, cum non minus in  
 ipso hactenus investitura requieverit. add. Franz. *de  
 Laudem. C. VIII. n. 128.* Perr. Panc. Kraufs. *Medull. Lan-  
 demior. Cap. VIII. n. 37. segg.* Gothofr. Anton. *Disput.*  
Feu.



*Feudal. VIII. thef. 7.* ubi ait: Si feudum ad Ecclesiam pertineat, quæ per Prælatum ad id destinatum recognoscere necesse habet, ab hujus morte tempus petendi currit; ejusque successor negligens privatur ad tempus vitæ vel administrationis suæ. Si vero Curator non decesserit, sed dignitatem solum mutarit, nec detrectet tamen in officio suscepto perseverare, veluti, si Senatus ex suo ordine curatorem constituerit, atque per ipsam investituram susceperit, hic vero dignitatem suam Senatoriam postea resignaverit, nec amplius inter Senatores locum habeat, novi tamen curatoris constitutione opus non videtur. *arg. L. 17. de Quest. vid. Richter. Dec. LXXXIII. n. 168.*


Thef. XXIII.

Quæ de morte Curatoris diximus, obtinent quoque ipso vasallo, qui curatorem constituerat, præmortuo: quamvis enim curator viuat adhuc, novus tamen vasallus renovationem petere tenetur; cum mandantis mortè mandatum expirarit. *Struv. Decis. Sabb. Cap. X. dec. 19. Kraus. Medull. laudem. Cap. VIII. n. 34.* Sic & mortua uxore, pro vasallagium mariti extinguitur, neque investitura accepta ulterius extenditur. *Schilter. ad Jus Alam. cap. CIII. §. 2.* Nec obest, quod l. Feud 15, dicatur, etiam in feudo maritum succedere, si specialiter investitus sit; vel ut ex Antonii de Prato veteri digestionè, rextus habet, *Si femina decesserit, beneficium ejus ad maritum pertinere, si ipse à domino fuerit investitus. Lib. II. c. 19. c. 3.* jam enim monuit cum Schiltero Bitschius *ad d. text.* minime hoc ad eam investituram quam maritus sustinet ut Curator, vel etiam maritali nomine, pertine-



re, sed accipiendum esse de investitura tali, qua vel ipse maritus nomine proprio in casum uxoris deficientis investitur, vel pactum in instrumento investituræ uxoris & mariti adjectum est, ut, mortua uxore, maritus eidem in feudo succedat. Sed quid si plures vasalli per unum curatorem investiti sint, an uno eorum mortuo, vivo adhuc licet isto curatore, defuncti heredes investituram renovare tenentur? Non videtur, quin potius vel uno eorum qui Curatorem constituerant, ipso cum curatore superstite prima investitura perdat. *Und wird für eine Neuerung gehalten, wann man die Vasallen zwingen will, das Leben so oft zu fordern, so oft einer, so etwas daran hatt, stirbet.* Befold. *Theſ. Pract. lit. L. n. 38.* Unde, si nomine Abbatis & Monasterii curator investituram receperit, quamvis curatore mortuo, successor tamen investituram renovare non compellitur; ut probat Hartm. Hartmanni. *Pract. Observ. Lib. 11. t. 54. obs. 14.* Aliter se rem habere ajunt, si quis vasallorum non deceſſerit, sed partem feudi vendiderit; tunc enim novum vasallum & cujus nomine curator istiusmodi substitutus non fuit, sed tantum à venditoribus, sine dubio obstrictum esse recognoscere à domino feudum. *Mod. Pist. P. IV. q. 133.* *Struv. d. C. X. dec. 20.* Percepi tamen etiam hoc casu, aliud haut desideratum fuisse alienata parte feudi mere hereditarii, quam ut nomina novorum possessorum curiæ feudali, ad complenda acta ederentur; *Es ist dabey nichts mehrers auf Seiten des Fürstlichen Lehnhoff's erinnert worden, denn nur das die beyden jetzigen Mitbesitzer der Lehn-Aecker, den titulum, wie sie zu solchen Stücken kommen, ob es durch Erbschafft, Kauff, Tausch, oder*





oder wie es sonst geschehen, dociren, und ad complenda acta, binnen Monats frist beglaubte document bey dem Fürstlichen Lehnhoff überreichen solten, denn man finde in den letzten Lehn-Schein gantz andere possessores.

Thef. XXIV.

Definit deinde Curator feudi quis esse officii resignatione. Quæ vel in libera resignantis voluntate posita, vel quodammodo restricta est. Officium enim & munus Curatoris feudi aliud meri arbitrii est, puta, si nec lege certæ personæ id imponente, nec ex pacto, cum convafallis inito certoque Salario constituto, sed gratis & sine ulla restrictione libere fuerit susceptum; aliud vero quasi necessarium, quod scilicet ex consuetudine vel pacto, aut pro Salario certæ personæ ad dies vitæ, vel quamdiu conditio feudi aut vafalli durat, imponitur. Isto, si modo tempestive id fiat, Curator libere se abdicare potest: hoc vero non item, cum non sit amplius omnino proprium, atque adeo non simpliciter in potestate abdicantis, sed potius à jure vel pacto cum constituentibus inito dependeat. Debet ergo Curator feudi, si curatela hac sese abdicare decreverit, id universitati, communitati aut principali denunciare, quo tempestive consulere & deliberare queant, an ipsi in resignatione sit deferendum, nec ne? ut & quis in officio Successor ei sit destinandus, vid. Tabor de Contr. Colonar. §. 53. *ibid.* *Imme aber, da er in solcher Trägerey künfftig zubleiben nicht gemeinet, sich mit interessirten desvvegen zuvergleichen, und Klegern einen annehmlichen Träger zubesetzen hierbey reserviret und vorbehalten seyn solle.*

Thef.



Concidit porro munus Curatoris feudi revocatione & remotione. Quarum illa à principali aut convallis, hæc à domino feudi contingit. In revocatione idem juris est, quod de renunciatione jam modo dixi, remotionem quoque, non nisi ex urgentissimis & prægnantibus causis & rationibus, fieri debere, postulat justitia & requirit ipsius negotii conditio; cujusmodi sunt, si se circa ipsam rem feudalem non gerat, ut Curatorem & vasallum decet, Dominum non agnoscat, rem feudalem esse dolose & præfracte neget, debito tempore investituram non renovet, juramentum fidelitatis præstare recuset, nec non si domino justitiam facere noluerit, h. e. si controversia de feudo inter vasallos & dominum existente, Curator se in judicio non stiterit, sed contumax fuerit. Item si absque consensu domini & consortium feudum alienaverit, aut dominum criminis accusaverit, eique insidias struxerit, aliaque hujus generis commiserit.

## Thes. XXVI.

Ultimo tollitur officium Curatoris feudi, Præscriptione, quando scilicet vel ab initio universitas curatorum constituere neglexit & dominus tempore, ad præscriptionem sufficiente, tacuit, aut nolentibus curatorem constituere acquievit, vel postea, Curatoris officio extincto, longissimo tempore novi curatoris constitutio intermissa est. Qua de re Jureconsulti Salanz hujus, quondam requisiti, sequentem in modum responderunt: *Ist auch niemals kein Lebntäger, so lange ihr solche Schenke gehabt, verordnet worden, und in 1511. Jahre,*  
als



als G. von VV. wegen des aufgerichteten Vertrags den Heimbürgen, und Gemeine zu VV. die Schenckstatt gegen Herausgebung XX. Rheinische Guldin und beschriebener Zusage hinfübro ihm und seinen Erben auf Ewigkeit jährlich uff Michael XV. Schilling Pfennige zureichen, ohne Vorbehalt der Lehnenschaft abgetreten, und wieder damals noch hernacher offte erdwehnte Schencke von dem Heimbürgen und Gemeine zu VV. in Lehn genommen worden: so seydt ihr nunmehr einen Lehntrager zu bestellen und verbunden. M, May 1623.

Thef. XXVII.

Affinis Curatela nostræ quodammodo est Senioratus, jure Alamannico olim inductus; ut regulariter senior fratrum & reliquos fratres à successione excluderet, & hi deinde nepotes ex fratre seniori. Quod cum Saxonico feudali jure componit atque explicat Schilter. ad Cap. LX. & LXI. hoc modo: Dominus etiam non tenetur plures investire fratres, nisi tantum unicum inter omnes. Quando pater moritur, in eorum stat opinione quem voluerint à Domino investiri. Si prætereat annus & dies in optione (petitione) domini erit cui voluerit, feudum conferre, à quo (non) petierunt jure debito infeudari, qui etiam §. 4. alium Juris Saxonici, hinc non alienum locum sistit: Unus fratrum si pervenerit ad annos, & alii sint infra, & ille petat à Domino investiri, oportet eum promittere, quod fratres à modo dominum non impetent super feudo sic collato. Quod si ratum non habuerint adulti, & à domino postulent investiri, dominus terminum ponat utrisque. Denique affinitatem

E

etiam




etiam quondam cum Curatore nostro habet, *der Lehms-  
Verwalter*, administrator feudalis, cujus meminit Otto,  
apud Schilter *ad Struv.* S. J. F. pag. 348.

Prolixiores in nostro themate esse, cum tempo-  
ris tum instituti ratio haud permittit, merito igitur  
vela contrahimus, filiumque hactenus prætextum ab-  
rumpimus, summo quod omnia moderatur Numini  
maximas humillimasque referentes grates, ipsiusque  
porro divinam assistentiam sicuti in hoc ita & in aliis  
nostris negotiis & actionibus exorantes, de cætero B. L.  
favori nos commendantes & hujus æquæ dijudica-  
tioni modestoque examini theses hæc ob-  
servanter & amice committentes.


F I N I S.
























Farbkarte #13

B.I.G.

17  
2. D. B. V.  
DISSERTATIO  
DE  
**CVRATORE  
FEVDI,**

VVLGO  
**Dom Hehen-Gräger/**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**GVILIELMO HENRICO**  
DVCE SAXONIAE, JULIAE, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE &c. &c.  
PRAESIDE  
DOMINO  
**IOH. CHRISTIANO SCHROETERO,**  
J. V. D. EJVSD. PROF. PVBL. EXTR. ATQVE  
CVR. PROV. ADVOC. ORD.  
PATRONO AC PRAECEPTORE AETATEM  
DEVENERANDO,  
PVBLICE VENTILATIONI SVBMITTIT;  
AVTHOR  
**GVILIELMVS HENRICVS Schwalbe/**  
CVLMBACO - FRANCVS,  
AD DIEM MENS. OCTOBR. MDCCVII.

J E N A  
RECVS, LITERIS WERTHERIANIS, 1715,